tus eſt eccleſiæ ſpiritum ſanctum.

ὑπογραφὴν ſequit̃ ἐπιγραφή breuis vt ſolet 19
gracia uobis & pax a deo patre noſtro,
& domino Ieſu Chriſto, ubi Chriſtum
patri æquat in donanda gratia, & pace
cõſcientiæ. Nam gratia ut recte monet
hoc loco Auguſtinus, ſignificat gratui
tam miſericordiam & remiſſionem pec
catorum. Et pax ſignificat pacem cõſci
entiæ, ſicut infra, Iuſtificati ex fide pa-
cem habemus cum Deo per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum.

Exordiũ eſt παθητικὸν plenũ dulciſſimo 20
rum affectuum, Incipit a gratulatione,
& modum gratulandi deſcribit, Grati-
as ago deo meo pro omnibus uobis.

Captat beneuolentiam ex magnitudi- 21
ne ſui erga eos amoris, Ait ſe maximo
teneri deſiderio eos uidendi, & docendi
Romę. Eſtq; hęc exordij ꝓpoſitio Hoc